

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:


Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Et est officium quod dedit altissimus creator omnium planetis et signis et etiam stellis fixis. Et dixit messahala et alij plures quod effectus et detrimentum rerum in hoc mundo habet fieri tribus modis principaliter. Primo scilicet modo ut iungantur dominus ascendentis et dominus rei que sit atque luna simul. Secundo ut si non iungantur predicti significatores simul quod sit aliquis planeta qui transferat lumen inter eos scilicet ut separetur ab uno et iungatur alteri. Tercio ut fiat collectio luminis ab aliquo alio planeta qui sit ponderosior eis et ipsi ambo iungantur ei et committat quilibet eorum dispositionem suam illi: quoniam ipse est qui perficit rem. Et est aliquando quod res perficitur ad totam voluntatem interrogantis: quandoque perficitur pro parte: quandoque nec ex toto nec pro parte: et ego exponam tibi omnia hec ad hoc ut tu melius intelligas et cognoscas qualiter possis indicare super rebus tibi occurrentibus.

De expositione primi modi.

Expositio primi modi que res perficiuntur est ut dominus ascendentis et luna iungantur cum domino rei que sit: tunc enim perficitur res.



Verbi gratia facta fuit quedam questio utrum quidam esset adepturus quoddam predium quod ipse volebat emere et fuit ascendens taurus. 13. gradus: et venus in geminis. 7. gradus: et sol in geminis 12. gradus: et luna in ariete. 9. gradus: significauerunt itaque dominus ascendens. scilicet venus que ibat ad coniunctionem solis corporalem: et luna que ibat ad eius coniunctionem aspectualem quod res illa debeat perfici et perficeretur si ille qui querebat volebat insistere ut perficeretur: et maxime quia sol qui erat significator rei que sit recipiebat lunam de ariete a sextili aspectu. Et ne-

dum a sextili sed etiam a quadrato vel ab oppositione dummodo receptio interueniret perficeretur res licet cum grauitate atque sollicitudine seu labore maximo atque instantia similiter et importunitate.